



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Thomas Aquinas C. 7. Martij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

7. Mart. VITÆ SANCTORUM. 155
agunt, nec semel agunt. Superi! quid
gigantes facient, quando bellum calo
pumiliones inferunt? Ex Steph. Ital.

Vide & considera, quanta sit erga te
dignatio Dei tui, & obliviscere populum
tuum & domum patris tui: desere carna-
les affectus, seculares mores dedisce, à
prioribus vitiis abstine, consuetudines no-
xiæ. obliuiscere. S. Bern. serm. de Mut.
Aquæ in Vin.

S. THOMAS AQUINAS C. 7. Martij.

THOMAS Aquinatum Comitum
sanguis, infans oblata forte in sche-
dâ verba, quibus MARIAM salutamus,
illico devoravit, bellaria omni infantia
danda. Puer in bullâ suâ mundum agno-
vit, coquè ad D. Dominici castra confu-
git; sed retractus à tam generosâ fugâ
egregiam pugnam edidit, Venereumque
ab inimicis domesticis subornatam,
& faces sibi admoventem, raptis è foco
armis, in fugam agens novo stratage-
mate ignes ignibus elusit. Ita ubi debel-
latum est, victoriam gratulati Angeli,
balteo virginitatis victorem exornarunt.
Ille postea doctrinam virtuti socians,
ita de Republ. Christianâ meruit, ut in-
ter Doctores sanctiores Princeps habeat-
ur. Certè præclaram censuram CHRIS-
TUS è cruce tulit illis verbis: Bene de
me scripsisti Thoma; merces tua quæ erit?
Supè-

156 VITÆ SANCTORUM. 7. Mart.

Superi, quibus studiis veteres verbū
illud BENEMENDICARUNT! De stipende
quid dicām? dum præter ipsum, de quo
scripserat, petiit nullum, majus non
potuit petere. Ad aram porrò cum se-
cisset, solemne habuit facienti deinde
alteri pro ministerio assistere, ut qui-
dem amant facere in pietate discipuli,
illud facere se sciant, quod prior Angel-
icus Doctor fecit. Denique in unam DEI
gloriam conjecit oculos; atque hinc à
morte stellâ pectus insignis, dixit eam
purâ animi intentione se meruisse. Ita-
que astra in quæ collimavit, facilè obti-
nuit? nos quia oculo non cælum amplis-
simum, sed scopum terram pusillam sta-
tuimus, toto cælo erramus. Ex Surio.

Nescit vincere vitia corporis, que depr-
nit cingulum virtutis. Christi ergo castita-
tis baltheo, quod est insigne militiae Chri-
stianæ, fluxam carnis detruncemus igna-
viam, & regis nostri exspectatione vigiles,
insomnem seculi somnum nesciamus. Pet.
Chrysol. serm. 22.

S. EQUITIUS C. 7. Mart.

QUOD paucis datum est, castitatis do-
num EQUITIUS Angelorum be-
neficio consecutus est, qui omnem libi-
dinis somitem auferte à dormiente sunt
visi. Qui nosse cupit, qui sibi Angelos
tam demetuerit, noverit precibus id fe-
cisse